Markstrahlen zu, denn in den 40 untersuchten Hölzern dieser Familie überstieg die Breite nie drei Zellen.

Bei der systematischen Verwerthung der Markstrahlbreite sind die Ergebnisse zu berücksichtigen, welche die Untersuchungen von Zache[1]) an den Markstrahlen einiger Laubhölzer hatten. Er fand, dass bei der einen Gruppe von Laubhölzern z. B. bei *Gymnocladus canadensis*, „das Verhalten der einreihigen wie der mehrreihigen durch alle Jahresringe ein gleichartiges bleibt", bei andern nehmen die einreihigen von innen nach aussen ab und die mehrreihigen zu *(Acacia melanoxylon)* oder es tritt der umgekehrte Fall ein.

Die Höhe des Strahlenparenchyms ist gewöhnlich so grossem Wechsel ausgesetzt, dass sie für systematische Zwecke nicht verwendet werden kann. Nur in jenen Hölzern wird die anatomische Methode sie mit Erfolg berücksichtigen, in denen ihr „Optimum" (Zache[2]) d. h. die am häufigsten vorkommende Strahlenhöhe — also wohl richtiger Plurimum genannt — innerhalb nur enger Grenzen variirt. Dazu gehören alle die Arten, deren Holzkörper durch „stockwerkartigen Aufbau"[3]) ausgezeichnet ist.

(Fortsetzung folgt.)

Lichenologische Beiträge von Dr. J. Müller.

XXVI.

1110. *Leptogium australe* Müll. Arg.; *Collema australe* Hook. & Taylor Lich. antarct. No. 141; proxime habitu accedens ad *L. Menziesii* Nyl. sed longe minus, tenuius, subtus brevissime tomentellum v. pulveraceo-tomentellum et discus apotheciorum magis nigricans, et praesertim in eo differens quod sporae angustae omnino aliae, bene evolutae fusiformes, 40—44 μ longae, 6—12 μ latae, longiusculo tractu aequilatae, 6-loculares, loculi 2-locellati, aut demum cruciatim 4-locellares. — Pagina inferior

---

[1]) Ueber Anzahl und Grösse der Markstrahlen bei einigen Laubhölzern. Diss. Halle 1886.

[2]) l. c. p. 13.

[3]) cf. pag. 277.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03552-0270-7

pilis simplicibus circ. 20—30 μ longis et circ. 5 μ crassis perpendicularibus creberrime velutino-vestita est. Ambitu sporarum (et situ epiphyllo apotheciorum) simul etiam differt a caeterum simili *L. resupinante* Nyl. Addit. Lich. Boliv. p. 369. — Cap Horn (in hb. Kew et in hb. Tayl.).

1111. *Leptogium phyllocarpum* Montg. v. *gibbosum* Müll. Arg.; *Collema crassiusculum* Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847 p. 195; thallus e plumbeo-coerulescente olivaceo-obscurus; apotheciorum discus $2^1/_2$—4 mm. latus, planus; receptaculum extus appendicibus rudimentarie ramuliformibus paucigibbosum. — Primo intuitu *L. bullatum* Nyl. refert, sed apothecia paullo majora et dorso rudimentarie characterem *L. phyllocarpi* Montg. ferunt. Specimina caeterum forte aqua fere undique olivaceo-obfuscata sunt. — Prope Madras: Dr. Wight (ad specim. orig. Tayl. in hb. Tayl.).

1112. *Leptogium lacerum* v. *Sendtneri* Müll. Arg.; *Collema Sendtneri* Schaer. Enum p. 249; a contemporaneis ut tot et tanta alia neglectum, non specifice distinctum est et cum *Leptogio lacero* Friesii minutulo confluit. Omnino idem est ac Anzii exs. No. 11 (saltem in meo specimine). Thallus quam in *L. lacero* Fr. distincte minor, laciniae angustiores et breviores et magis divisae et fuscescentes, unde habitus medium tenet inter formam normalem majorem pallidiorem speciei et *L. lacerum* v. *pulvinatum*, ubi laciniae profundius et copiosius divisae. Apothecia in diagnosi Schaereriana erronee majuscula et dein in notula immodice magna dicta, revera in speciminulo unico originali vulgo $^4/_5$ mm. tantum lata sunt et alia paullo majora diametro usque ad $1^1/_3$ mm. aequant. Sporae circ. 32—40 μ longae et 13 μ latae, circ. 6—8-loculares, loculis 1—3-locellatis. — Apothecia dorso hinc inde, non constanter, at distinctius quam in forma normali speciei, denticulata aut lacinulis minutis thallinis ornata sunt. — In Bosniae monte Liz: Sendtner (in hb. Schaer.) et in Valle Tellina: Anzi no. 11.

1113. *Collema caespitosum* Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847 p. 196, idem est ac *Leptogium chloromelum* v. *laevius* Nyl. Add. ad Lich. And. Boliv. p. 369. Totum fusco-obscuratum. Apothecia $1^1/_2$—$2^1/_4$ mm. lata; margo prominens, obtusus, dorso undique crebre at breviter verrucoso-asperulus. Sporae et epithallus cum specie conveniunt. — In sylvis montanis prope Uitenhage, ad Cap. Bon. Spei (specim. orig. in hb. Tayl.).

1114. *Collema corticola* Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847,

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03552-0271-3

p. 195, ex autopsia specim. orig. in hb. Tayl., prope Ohio a Lea lecto, ut jam recte monuit cl. Nylander, est *Leptogium pulchellum* (Ach.) Nyl. Syn. p. 123.

1115. *Collema erythrophthalmum* Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847, p. 195, jam a cl. Nylander (Syn. p. 125) recte ad *Leptogium diaphanum* Montg. relatum fuit. — Thallus in specimine philippinensi a Cuming sub no. 2171 distributo longe minus evolutus est quam in Swartzii planta jamaicensi (Sw. Lich. Amer. t. 17 sub *Collemate diaphano*), sed formae intermediae adsunt quae distinctionem, sub varietatis titulo, condere vetant. — Ad specim. orig. (hb. Tayl.).

1116. *Collema leucocarpum* Hook. & Tayl. in Lond. Journ. of Bot. 1844 p. 657, Nyl. Obs. in Prodr. Nov. Gran. p. 2, est *Synechoblastus leucocarpus* Müll. Arg. L. B. no. 379. — Apothecia jam ab origine intense albo-subfarinosa. Sporae 36—48 μ longae, $5^1/_2$—7 μ latae, fusiformes, utrinque vulgo longius acuminatae v. cuspidatae, evolutae 5-septatae. — Proximus *Syn. nigrescenti* Anzi Cat. p. 4. — Nuperius in Australia pluries lectus est. — Ex specim. tasmanico orig. (in hb. Tayl.).

1117. *Collema olivaceum* Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847 p. 196, idem est ac *Leptogium foveolatum* Nyl. Syn. p. 124 et statum refert in aqua iterum madefactum olivaceo-decoloratum, quem etiam saepe in vulgatissimo et simillimo *Leptogio tremelloide* Nyl. observamus. In hoc statu etiam character speciei, sc. pagina superior profunde et late foveolato-lacunosa, inferior alte et late gibbosa, non undique, hinc inde tamen bene est perspicuus. Sporae conveniunt. — Nomen Taylori prioritate quidem gaudet, sed e statu anormaliter colorato desumtum Nylanderiano optimo sane postponendum est. — Ad specim. Humboldtianum originale Tayl. (in hb. Tayl.).

1118. *Collema rugatum* Hook. & Tayl. in Hook. Lond. Journ. of Bot. 1844 p. 656, tantum sterile descriptum, est *Leptogium chloromelum* Nyl. Syn. p. 128. — Ad specimen neo-zelandium Hookerianum orig. (in hb. Tayl.).

1119. *Collema Turneri* Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847 p. 197, est *Leptogium phyllocarpum* v. *coerulescens* Nyl. Syn. p. 130. Specimina fere undique immersione fusco-obscurata sunt, sed divisione laciniarum et colore laete subcoeruleo partium bene servatarum, (nec non apotheciorum appendicibus et sporis) ad citatam var. *Leptogii phyllocarpi* pertinent. — Corticolum in insula Tahiti: Beechey (vidi specim. in hb. Tayl.).

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03552-0272-9

1120. *Collema vesicatum* Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847 p. 196, non differt a *Lichene marginello* Sw. Flor. Ind. occid. 3 p. 1896, seu *Collemate marginello* Ach. Univ. p. 656 et Sw. Lich. Amer. p. 24 t. 18, s. *Leptogio marginello* Montg. Pl. cellul. Cub. 8° p. 115 t. 6 f. 2, a quo dein non differt *Leptogium corrugatulum* Nyl. Syn. p. 132. — Vidi specim. orig. ex ins. St. Vincentii (in ipso hb. Tayl.).

1121. *Collema multifidum* Schaer. — Cl. Dr. Wainio in suis not. de Synonymia Lichenum p. 20 statuit *Collema crispatum* Hoffm. D. Flora 1796 p. 100 erga nomen Acharii *Coll. melaeni* (a *Lichene melaeno* Ach. Prodr. p. 130, 1798 desumti), prioritate gaudere. At aliud nomen adest pro eadem planta, sc. *Coll. multifidum* Schaer. Enum. p. 254, e *Lichene multifido* Scop. Flor. Carniolica ed. 2 (in ed. 1. phrases antelinneanae tantum, non binaria nomina specifica occurrunt) p. 396 (1772) desumtum, cujus origo iterum reliquis magis est antiqua, et dein species *Collema multifidum* Schaer. nominanda est. Descriptio Scopoliana l. c., cum vulgari planta bene convenit.

1122. *Collema turgidum* v. *formosum* Müll. Arg.; *Collema intestiniforme* Schaer. Enum. p. 258 et Nyl. in Flora 1882 p. 456, s. *Parmelia intestiniformis* Schaer. Spicil. p. 542 (e specim. orig. hb. Schaer. a Chaillet prope Neuveville et le Landeron ad muros et rupes lecto) est omnino validum *C. turgidum* Ach., Schaer., excepto colore a prasino virenti-pallido, statu humectato pulchre prasino, et specifice ab eo nullo pacto distingui potest. Siccum superficie hinc inde plicatulum. Apothecia juniora innata, dein emergentia et emersa, crasse integro-marginata v. margo dein grosse 1-paucilobatus. Stratum corticale cellulosum plane deficiens. Sporae conveniunt. — Haec rara stirps evidenter idem est ac *Collema formosum* Ach. Syn. p. 311, s. *Collema pulposum* var. *formosum* Nyl. Syn. p. 109, sed ob lobos bene evolutos discretos intestiniformi-tortuosos evidenter *C. turgido* nec *C. pulposo* adscribenda est, unde nomen admissum.

1123. *Collema dermatinum* Ach. Lich. Univ. p. 648; *C. granosum γ. dermatinum* Schaer. Enum. p. 253. Specimen Chailletii in monte jurassico Creux du Vent lectum, quale, mediante Sprengelio, etiam Acharius pro archetypico habuit, est quasi forma nuda et laciniarum lobis integris *Collematis granosi β. ceranoidis* Schaer. l. c. Apothecia juniora immersa ut in minore, at sat simili *C. tenace*, mox dein emergentia et demum sessilia, ex integro demum granoso-lobulata. Statu vivo sane a *C. te-*

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03552-0273-5

nace distinctissimum, sed siccum longe magis ei accedit, sed recognoscitur thallo majore, laciniis vage adsendentibus nec adpressis, magis divisis, disco apotheciorum latiore, rubello, et sporis majoribus, 20—27 μ longis et 9—13 μ latis, utrinque aequaliter v. subaequaliter acutatis. — Nomen Schaererianum ergo servandum est.

1124. *Collema tenax* Ach. Lich. p. 635; Körb. Syst. p. 404. Hic *C. multiflorum* Hepp Fl. Eur. no. 87, species circa Genevam vulgatissima; *C. pulposum* var. 5 *tenax* Nyl. Syn. p. 110.

— — β. *palmatum* Müll. Arg.; *C. multiflorum* β. *palmatum* Hepp Fl. Eur. no. 88, non *C. palmatum* Schaer., Körb., nec Achar.; *C. tenax* β. *coronatum* Körb. Par. p 413, lobi nonnulli thalli palmatim divisi; apothecia margine non coronata. — Hepp l. c. et prope Genevam.

— — γ. *coronatum* Müll. Arg. (non Körb.); thallus ut in β v. minus evolutus, et apothecia ut in planta genuina speciei, sed margine (valide) granoso-lobulato-coronata. — Haec var. apotheciis coronatis ad „*C. crispum* Ach." (circa Genevam vulgare) accedit, sed apothecia multo majora et pallidiora et thallus *C. tenacis*. — Terricola in monte Salève prope Mornex, et ex Isle of Wight olim misit Dr. Holl.

1125. *Collema capniochroum* Mass. Sertul. in Lotos 1856 p. 74, ex specim. auctoris in Anzi Lich. rar. Venet. no. 10, nullo modo a *C. microphyllo* Ach. distinguendum est; sporae omnino conveniunt, et thallus hinc inde etiam bene quadrat, sed alibi minus evolutus est et tum optime illum *Collematis quadrati* Lahm refert. Apothecia et sporae caeterum utriusque evolutionis status bene congruunt.

1126. *Collemodium* Nyl. (vide Lamy Cat. p. 5) est genus omnino recusandum e manca analysi ortum.

Collemodium plicatile Nyl. in Stitzenb. Lich. helv. p. 11 est *Leptogium*, sc. *Leptogium plicatile* Th. Fr., sed *Collemodium turgidum* Nyl. ap. Lamy l. c. et in Stitzenb. Lich. Helv. p. 12, et *Collemodium albo-ciliatum* sunt verae species *Collematis*, sc. *Collema turgidum* Ach. et *Collema albo-ciliatum* Nyl. Syn. p. 117.

Similiter *Collemodium cataclystum* Nyl. ap. Lamy l. c. est verum *Collema*, sc. *Collema cataclystum* Körb., simile *Leptogio plicatili*, at epidermide cellulari distincta deficiente recognoscendum.

Leptogium quadratum Nyl. in Stitzenb. Lich. Helv. p. 12 mi-

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03552-0274-0

nime est *Leptogium*, sed verum *Collema* et identicum est cum *Collemate occultato* Bagl., cui referendum est.

Leptogium microphyllum Nyl. in Stitzenb., l. c. non minus infauste *Leptogio* adscribitur; in Corrigendis dein (p. 269), declaratur potius esse *Collemodio* adscribendum, sed ambae interpretationes falsae sunt. Est verum *Collema*, et sub *C. microphyllo* Ach. servandum est.

Quod dein sub *Collemate rivulari* Ach. cognoscimus (ex specim. Fr. no. 298), secundum epidermidem cellulosam (saltem altero latere), est verum *Leptogium*; sit *Leptogium rivulare* Müll. Arg.

Collema biatorinum Nyl. Prodr. p. 22, Syn. p. 110, eadem ratione ac *Leptogium byssinum* Nyl., sub *Leptogio biatorino* Müll. Arg. juxta hoc proximum et subsimile *Leptogium* disponendum est.

Addere dein liceat a cl. Stitzenb. Lich. Helv. p. 15 no. 80 sub *Leptogio palmato* singulari lapsu res duas diversissimas esse confusas. Lichen a Dr. Hepp prope Baden lectus (Fl. Eur. no. 921) est *Collema palmatum* Schaer. Enum. p. 254, Körb. Par. p. 414, proximum *Collemati pulposo* Ach., at *Leptogium palmatum* Montg. Canar. et Nyl. Syn. p. 126, extus intusque omnino dissimile, est vera species *Leptogii*, quam hucusque ex Helvetia non vidi.

(Fortsetzung folgt.)

Das botanische Museum und Laboratorium zu Hamburg

ist durch Beschluss Eines Hohen Senates und der Bürgerschaft zu einem wissenschaftlichen akademischen Staatsinstitut erweitert und mit demselben ein botanisches Laboratorium für Waarenkunde verbunden worden. Zum etatsmässigen Direktor des Gesammtinstitutes ist der Begründer und bisherige Leiter des botanischen Museums, Herr Professor Dr. Sadebeck ernannt worden. Derselbe wird im Sommersemester Morphologie und Entwickelungsgeschichte der Blüthenpflanzen lesen und ausserdem das botanische, resp. mikroskopische Practicum, sowie die Exkursionen leiten. Die anderen analogen naturwissenschaftlichen Institute in Hamburg sind das zoologische und mineralogische Museum (Prof. *Pagenstecher* und *Gottsche jun.*), der

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03552-0275-6

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung

Jahr/Year: 1887

Band/Volume: 70

Autor(en)/Author(s): Müller J.

Artikel/Article: Lichenologische Beiträge 268-273